

cure eam in templo canendam secundum confuetudinem illius avi &c. vide & eundem *Drus. l. 3. obs. c. 18.* & *Gatakeri cinnam. c. 10. pag. 119. seq.* Ludov. *De Dieu* opinatur נִצְוָה esse genus laudis, quò indefinenter, vel etiam fortiter, nomen Dei celebratur. Sed num loca ab ipso adducta id probent, facile colliget cordatus Lector. Syrus planè omittit: Chaldaeus אֲשַׁבַּח לְאֵלֵינוּ ad laudem. LXX. εἰς τιλθ, quàm congruè, non disquirimus. Videat, qui vult, *Corderium* h. l.

בְּנִינֹרָה in *pulsatilibus*: h. e. præfecto pulsatilium, ita ut antecedens nomen in regim. fit positum, & hoc sequens habeat præfixum (ב) quod alibi quoque sic solet interponi, ut *Jud. VIII, 11.* שְׁכֵנֵי בְּנֵי הַרְיָהוּ habitatores in tentoriis. &c. Est verò nomen hoc plurale à sing. נְגִינָה quod est instrumentum ψαλῶφον seu κέσσον, ceu patet è rad. נָגַן *pulsavit manu* (בִּירָה) cytharam, *1. Sam. XVI, 16. 23. XVIII, 10.* &c. Hoc ipsum verò nomen נְגִינָה occurrit *Psalm. LXI, 1. LXIX, 13. LXXXVII, 7. Job. XXX, 9.* (נְגִינָה) *Thren. III, 14. V, 14. Jesh. XXXVIII, 20. Hab. III, 18.* & præterea in titulis psalmorum. Quale verò instrumentum hoc fuerit, non facile definietur; tactu motas fuisse fides ipsius, probabiliter satis credi videtur. Hinc cum *Luthero* retinemus *Geistspiel*: hujusmodi enim instrumenta tractari nequeunt, nisi pulsando.

מוֹזֹר לְדָוִד vide titulum *Psalm. 3.*

EXPLICATIO VERSUS II.

בְּקִרְאִי in *clamando me*: h. e. quando clamor. nam (ב) facit gerundium in (do:) *pag. 149. num. 2.* Radix est קָרָא *clamavit*; quæ ad preces accommodata notat orantis tum ingens periculum, tum precum vehementiam, licet non quoad externum semper sonum, sed quoad interna potiùs cordis suspiria, uti *Exod. XIV, 15.* קָרָא hoc modo occurrit. Benè autem *Psellus* (*in cat. PP. Gra.*) observat, sicuti mali Spiritus incantatione, mediisque accersuntur illicitis, sic Deum adoratione devotâ moveri omnium optimè, &c.

עֲנֵנִי *exaudi me*: à rad. עָנָה *respondit*, vel interroganti, vel aliquid petenti; & tunc idem est, ac *exaudivit*. Quando ergò Deus dat benignè, quæ oravimus, tunc responsò nos reali dignatur, & clamantes nos è profundò limò, audit, *exaudit, liberat, Psalm. CXXX, 1. XXXIV, 5.*

צַדִּיק (Deus) *justitiæ meæ*: h. e. qui justam meam tueris causam, vel eandem publice reddis conspicuam, proferens tanquam meridiem, justitiam meam *Psalm. XXXVII, 6.* (innocentia sæpe est captiva, sed Deus redimit eam *Viccar.*) Est h. l. genitivus effectum notans, quomodo *Prov. I, 9.* Corona gratiæ est gratiam concilians. Sic de vindice innocentie suæ, quatenus sine ullius injuria regnum invasit administravitque, (utut *Saul, Absolom* aliique multa objectarent in contrarium,) etiam *Felinus, Junius, Muis, Goppen.* &c. vide *Drusium lib. 1. qu. 5. resp. qu. 45.* *Joh. Campensis: Deus innocentia mea testis.* Huc, quod substantivum posterius quandoque vim habeat adjectivi, affixumque illi adhærens non cum posteriore, sed priore cohæreat, adeò ut & h. l. *Deus justitiæ meæ*, idem sit ac, *Deus meus justus.* quomodo *Deus gratia meæ* ponitur pro, *Deus meus graciosus, Psalm. LIX, 11. robur salutis meæ*, h. e. robur

meum salutare, *Psalm. CXL, 7.* à Deo salutis suæ, *Psalm. XXIV, 5.* à Deo salvatore suo. vide *sis Glass. l. 3. phil. tr. 1. can. 8. p. 34.* De Deo justitiæ nostræ auctore, tum reos propter Christum absolvendo, tum per Spiritum sanctum justitiam inchoando, *Brent. Syrus: Deus meus & liberator justitiæ meæ.*

בְּצָר in *angustia*: h. e. quando vel corpore vel animo redactus sum ad incitas, & constrictus quasi teneor, ut consilio ac ope destitutus in universum, adversariorum importunis desideriiis totus videar mancipandus è vestigiò. Est nom. צָר quod aliàs & hostem arcantem, & ipsam coarctationem (ut & h. l.) significat, à Rad. צָר *obsedit, arcavit, hostiliter pressit.* Videtur h. l. singularis quædam calamitas per מֵי emph. (cujus index (-) sub (ב) innui, nimir. præfens persecutio filii, ut mox dicemus.

דִּילַתְּ מִי מִיּוֹם הַרְחַבְתָּ *dilatasti mihi, scil. locum*: uti supplet *Junius*, vel viam evadendi ex angustis illis fecisti mihi latam. Ellipticum loquendi genus quoad præfens verbum; id reperies etiam *Gen. IX, 27.* dilatabit Japheto *c. XXVI, 22.* dilatavit Dominus nobis: *Prov. XVIII, 16.* donum hominis dilatat ipsi. Porro verbum hoc plerique exponunt in præterito, ut *David* à priori experientia ducat argumentum. Verùm commodius videtur præteritum accipi pro futuro primo seu imperativo, (*dilata*) ob duos imperativos antecedentes & sequentes: sic enim & alibi hæc enallage temporum occurrit *Psalm. XXII, 22.* עֲנֵינִי *exaudivisti*, pro, *exaudi me* sic *Jos. XV, 19. Gen. XXXIII, 10. 1. Reg. XXII, 22.* (ubi tamen 1 conversivum, quandoque est præpositum.) Metaphora ergò ducta est ab obsidione urbis, retium circumpositione, carcere vel torculari: ibi enim loci amplioris & liberi aëris concessio, est ex angustia liberatio: sic & cor in dolore quasi corrugatur, die ganße *Wesl* will ihm zu enge werden. Laxatio verò cordis est nota lætitiæ. Hinc *Luth. der du mich tröstest in Angst.*

לִּי *mibi*: Lamed habet dage sch forte euph. *p. 20. n. 6.* Sic verò verbum hoc cum (ל) constituitur *Gen. XXVI, 22.* Deus dilatavit nobis (locum) & crevimus: sic dilatabis gressum meum *Psalm. XVIII, 37. Prov. XVIII, 16.* De triplici dilatazione ex *Midrasch, Viccarf. f. 10.* nec non *Raimund. pug. fid. f. 551.* videlicet dilatavit Deus (1) in negotio sanctuarii, quando ostendit ei locum: *1. Par. XXII, 1. Psalm. CXXXI, 1.* (2) in negotio Uriæ, quando per *Nathanem* dixit: non morieris: (3) in negotio regni & successoris, quando dixit: *Salomo* filius tuus regnabit post te.

רַחֵם *miserere mei*: vel gratiam mihi exhibe: nimirum recordatur *David* impunitatis suæ coram Deo, prout in peccatis non solum conceptus, sed & adulter & homicida factus fuerat; ideoque ne suis quicquam meritis tribuere videretur, meram implorat gratiam, ut laus omnis in solidum redundet in Deum. R. רַחֵם *gratia & favore sub aliquem dignari, in gratiam recipere*: hinc *Johannes, gratiâ divinâ fruens.*

וְשָׁמַע *audi*: h. e. affectum miserationis sequatur effectus exauditionis. *Audire* enim, ceu simplex, habet vim compositi (quo hebræi carent,) *exaudire.*

תְּפִלָּתי *orationem*: vel propriè supplicationem meam, quam coram te summo iudice, jam recito